136.

König Heinrich IV. schenkt der Stiftskirche zu Meißen zum Vortheil des Kapitels zwei königliche Hufen zu Löbtau im Burgwart Pesterwitz, im Gau Nisani. **Rochlitz, 1068 Okt. 28.**

Hdschr.: Or. Perg. Stiftsarchiv Meißen.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,33. Stumpf 2720.
Anm.: Vergl. Einl. 87 Anm. 23, 192 Anm. 159. S. A. 161 Anm. 23, 357 Anm. 159. In dorso: Preceptum de lubituwa *(Saec. XII.).*

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex.: Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam praesentibus, qualiter nos pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum et ob dilectae nobis contectalis nostrae regnique consortis videlicet Berhtę[a]) reginae beatitudinem nec non per interventum fidelium nostrorum scilicet Herimanni[b]) Bauenbergensis episcopi, Gregorii[c]) Vercellensis episcopi, Bennonis[d]) Misniensis episcopi coeterorumque familiarium nostrorum ad altare Misni[e]) deo sanctoque suo Donato[f]) constructum[g]) fratribusque ibidem servientibus deo duos regios mansos sitos in villa Livbituwa[h]) et, si ibi aliquid defuerit, in proximo cum bene aratis agris implendis in pago Nisani[i]) in burchwardo Bvistrizi[k]) — — in proprium damus — —

:Signum domni Heinrici regis quarti. (M.) (SJD.)
:Pibo cancellarius vice Sigifridi archicancellarii recognovi.:

Data est v. kal. novemb.[l]) anno dominicę incarnationis .M. LXVIII., indictione VII., anno ordinationis domni Heinrici[m]) .XVI., regni vero .XII.; actum Rochlezi[n]); feliciter amen.

137.

Markgraf Dedi erscheint als Zeuge in dem Vertrage zwischen dem Erzbischof Siegfried I. von Mainz und dem Abte Widerad von Fulda über die Zehnten in Thüringen.

Mühlhausen, 1069 [Okt. 8—26].

Hdschr.: Cop. in Cod. Eberhardi II. fol. 122 b. Staatsarchiv Marburg.
Gedr.: Dronke, Codex dipl. Fuld. 370. Stumpf 2722.
Anm.: Vergl. Einl. 90 Anm. 43. S. A. 168 Anm. 43.

— — Acta sunt hec in Mulinhusen anno incarnationis dominice millesimo LX. VIIII., indictione VII., sub rege Heinrico IIII., qui et testis et iudex atque mediator extitit. Hi sunt testes huius pactionis et conventionis. Anno Coloniensis archiepiscopus, Burchart Halverstatensis episcopus, Ebbo Zicensis episcopus, Benno Osnebrugensis episcopus, Babo cancellarius, Hiltebolt, Burchart episcopi[a]), Otto dux Baioariorum, Tete marchio, Bernhart comes, Tammo comes, Erkenbraht comes, Adelbraht comes, Boppo comes, Diterich comes, Friderih comes et alii.

136. *a)* BERHTĘ. *b)* HERIꝏANNI. *c)* GREGORII. *d)* BENNONIS. *e)* MISNI. *f)* DONATO. *g)* constructo. *h)* LIVBITVWA. *i)* NISANI. *k)* BVISTRIZI. *l)* kl. NOVĒB. *nachgetragen. m)* HEINRICI. *n)* ROCHLEZI.

137. *a)* ēpi, *am Rande einer Zeile, ist später, vielleicht noch vom Schreiber des Codex selbst nachgetragen.*